

# Mythologia, Venise, 1567 - X [64] : De Tithono

**Auteur(s) : Conti, Natale**

**Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X**

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[64\] : De Tithono](#) est une version augmentée de ce document

---

**Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VI**

[Mythologia, Venise, 1567 - VI, 04 : De Tithono](#) a pour résumé ce document

---

**Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X**

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[64\] : De Tithon](#) est une transformation de ce document

---

**Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X**

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[64\] : De Tithon](#) est une transformation de ce document

---

## Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

## Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567

ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) ,

Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination298r°

## Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Tithon](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière

modification le 25/11/2024

---

gentibus vaporibus intueamur, rubentem videmus, vnde rosea vocata fuit. Quæ de Memnone tradita sunt memorix. cum is orientis regionibus impetraverit, omnia ad historiam spectant.

*De Tithone.*

**N**VLLA alia de causa fictam fuisse Tithoni fabulam crediderim, quod in cicadam denique fuit mutatus ob longam senectutem, nisi ut ostenderet mortem esse omnium calamitatum ac miseriarum humanarum finem, quæ Deorum immortalium beneficio sit hominibus concessa; quippe cum Tithonus, cui immortalitas Auroræ precibus impetrata fuerat, suppliciter à Diis petiit, ut sibi liceret mori, cum satius esse duceret semel interire, quam semper esse miserum, naturæq; difficultatibus infestari.

*De Pasiphaæ.*

**P**ER Pasiphaes vero fabulam animæ nostræ naturam antiqui ostendebant: est enim anima hominum Minois vxor viri iustissimi, quod omnia nostra negotia debent esse cum ratione coniuncta. vbi vero illegitimarum rerum appetentia inflammata fuerit, aut cupiditate exarserit alicuius turpitudinis, aut ira incaluerit plus æquo, desciveritq; aliquo pacto ab ipsa ratione; cum dicitur committere adulterium, & cum tauro congregi, ex quo monstrum parit. nam qui semel leges contemnere æquitatemque didicerit, difficillimè postea potest intra iustitiæ claudos coerceri, quare multa postea & pernitiōsa monstra ex iniqua animi consuetudine nascuntur.

*De Circe.*

**A**T per Circes fabulam, quæ dicta est à miscendo, significarunt animalium & plantarum generationem, quod in ea necesse sit humorem à calore misceri; quare mistio hæc solis & humoris filia fingebatur. miscentur enim ab ipsa natura inter se elementa cum aliquid procreant. cum vero sempiterna sit hæc generandi ratio, & elementorum natura, Circeam immortalem esse dixerunt. & quoniam vnius corruptio generatioque alterius, neque vnquam aliud eiusdem formæ ex illa corruptione nasci potest, sed longe diuersum, finxerunt hæc posse homines in varias animalium formas mutare. Vlysses ab illa non mutatur, cum anima immortalis existens & ab omni corruptione immunis, non habeat principia in quæ dissoluatur, cum diuina quædam facta sit à Deo per se subsistens, siue substantia per hæc igitur immortalem esse animam significarunt, quamuis corpus multis morbis vexetur, & corruptioni denique sit obnoxium. Ethicè.

Circe libido est, quæ nascitur ex humore & calore in animalibus, hæc titillatio naturæ si nobis dominetur, belluarum vitia in animis nostris imprimat, & pro cuiusque ingenio modo in Venerem impellit, modo ad iram perducit, modo crudelitatis & improbitatis omnis vim nobis imprimat: quare dicti sunt comites Vlyssis animæ motus scilicet in belluas diuersarum formarum conuerti. Sed quoniam adhuc non nihil impellit vis syderum, dicta est sydera etiam de cælo deducere. at anima quæ prudens & diuina existit, si